

12 Novæ Additiones ad D. Covarruvias

facit ad rem, quod non fiat deterior conditio debentis dorem; nam ex hoc non excusat usura, alioquin liceret sub usuris mutuare debitori, ut forte repperet fœneratori, quod nullus concedet.

⁸⁷ Præfata resolutionis veritas apertissimo exemplari magis elucescit. Ponamus Petrum creditorem, qui ex conventione jus ad exigendum interesse habebat, cum sibi imminaret periculum damni emergentis, nomen vendidisse, cedentem emptori omne jus sibi competens: hic quidem, nisi alias sua interfuerit, ad interesse agere non poterit, quanquam primus creditor, nisi nomen distraheret, ad illud proculdubio actionem haberet. Simili modo eti maritus, non vendito nomine, non cogeretur fructus in sortem computare, quia sine pecunia dorali sustinet onera matrimonii, emptori non licebit tale lucrum percipere, nisi ratione lucri cessantis, damni emergentis, difficultatis, aut expensarum in exigenda sorte aliquid supra illam percipere fas esset, secundum tradita per Molin. *ubi proxime.*

⁸⁸ Ex quibus deducitur, quod si maritus non dotis vendat, pignore retento, fructus ex illo lucrari nequibet, extinta ratione Pontificia constitutionis, videlicet carentia pecunia dotalis, quæ pro oneribus matrimonii debet inservire: nec jam marito solutio dotis prodest, aut nocet retardatio.

Ibi: *Quod Fortunius Garcias Hispanus.*

⁸⁹ Hæc Fortunii distinctio inter sacerorum, & extraneum dotis promissorem, communiter ab Interpretibus negligitur; imo à pluribus expressim reprobatur. Vide *sup. num. 38. & 39.* tametsi D. Covarruv. non displicerit, ut prænotavimus.

Ad Num. 4.

⁹⁰ Dominus qui in pignus à vassallo debitore rem feudalem accepit, fructus in sortem computare non cogitur: quod probant notissima Pontificis decreta, sed in investiganda ratione mirum in modum hallucinantur Interpretes, ut videre licet apud Barbos. *collect. cap. 1. num. 2. de feud.* & *verior,* ac *receptionis opinio* videtur, hoc ex natura contractus provenire feudalismus, ut cum dominus feudum pignoris causâ tenet, vassallus ab onere inserviendi liberetur, cui cessanti in obsequiis praestandis, ac officio, jure auferunt beneficium fructuum, quod ob illud conceditur, *cap. unic. de vassall. mil. qui arm. bell. depositus.* Rursus cum dominus non fruatur operis, & servitio vassalli, æquum est, ut fructus lucretur, non ratione mutui, sed justæ compensationis, ex quo nullum adest usuræ vestigium. Consulas Barbos. *ubi proxime,* Leotard. *de usur. quest. 14. à princip. Cujac. in d. cap. 1. de feud.* Salas *tract. de usur. dubitat. 31. num. 1.* Mantic. *de tacit. convent. lib. 11. tit. 8. num. 30.* Trentacinq. *variar. lib. 3. tit. de pignor. resolut. 2. num. 9.* Morl. *Empr. Jur. tit. 5. de in integr. restit. quest. 1. num. 34.* Trullench *in Decalog. lib. 7. cap. 19. dubit. 14. num. 2.* Molin. *de just. & jur. tract. 2. disp. 32. 3. n. 1.* Gait. *de credit. c. 4. n. 1019.* adnotavi *sup. lib. 1. cap. 3. n. 6.* præter plures, quos congerit Barbos. *n. 2. à quibus, D. Covarr. laudato,*

singulariter dissentit Merlin. *de pignor. lib. 5. q. 45. n. 35.* ubi caput *Conquestus, de usur interpretatur.*

Illud maximè controvertitur, an dominus fru⁹¹ctus quoquot percepit ex feudo pignorato, suos faciat? Sunt qui cum D. Covarr. sentiant, dominum teneri ad fructuum restitutionem, quatenus excederint estimationem obsequiorum, quibus carer. Ita Valafc. *de jur. emphyt. q. 38. n. 25.* & alii apud Leotard. *num. 4.* Ipse tamen cum plebisque, quos laudat *num. 5.* oppositam sententiam ut magis communem amplexatur, cui subscribunt Trullench *num. 5.* Card. Mantic *ubi proxime,* Card. Lugo *de just. & jur. disp. 25. num. 147.* ac prænotavi *ubi proxime,* quibus addendi quamplures indistinctè docentes, feudi dominum fructus pignoris in sortem non imputare. Ratio hujus opinionis ea reddi potest, quod cum fructus feudi tribuantur vassallo in remunerationem onerum, tanti hæc estimantur, quantum valent illi.

Hinc deducitur limitatio ad opinionem, quam ⁹² ut veriore nuper probavimus; nam si in feudi concessione premium aliquod intercessit (licet raro contingat, & propriè feendum non dicatur, quod debet esse gratuitum, *cap. 1. de nat. feud. cap. 1. qui feud. dar. poss. Greg. Lop. in d. 1. gloss. 2. tit. 26. part. 4.* Morl. *sup. num. 36.* Marescot. *var. lib. 2. cap. 63. num. 5.*) dominis creditor omnes fructus retinere nequibet, sed illos solum qui observitum vassallo deberentur, imputatis in sortem iis, quos pro pecunia exhibita in concessione feudi vassallus posset percipere boni viri arbitrio; feudatarius enim partem fructuum percipiebat intuitu laboris & obsequii, partem ratione pecunia quam domino numeravit; idè duntaxat quia cessat in officio, privari debet portione quam ob illud sibi comparabat. Leotard. ex pluribus *num. 20.* Trullench *num. 3.* Molin. *num. 1.* ubi subdit idem fore, si feendum propter præterita merita in remunerationem concederetur. Less. *de just. & jur. lib. 2. cap. 20. n. 140.*

Subsequitur alia similis limitatio, si vassallus ⁹³ meliorationes feudo adjecerit, quibus illud uberiores fructus ferat; nam dominus creditor eos fructus auctos industria, & sumptibus feudarii imputabit in sortem, sibi perceptis iis quos res feudalis melioramentis ablatis produceret. Leotard. Trullench, Molin. *ubi proxime,* Barbos. *num. 2. vers. Limitata.*

Tertia est limitatio de feudo franco, quod ⁹⁴ si pignori detur, dominus omnes fructus tenetur in sortem computare. Barbosa *num. 3.* Est autem illud, ex quo nullum domino debetur obsequium, sed sola fidelitas. Tondut. *qq. civilium cap. 41. n. 24. & 25.*

Alia est limitatio, si in fraudem usurarum ⁹⁵ dominus rem feudalem pignori acceperit, quod ex conjecturis deprehendere oportebit. Leotard. *num. 25.*

Ibi: *Si vero excedant onera matrimonii.*

De his *sup. num. 41. cum seqq.*

Vers. Hinc sane appareat.

Istam Hostiensis rationem refutat Leotard. *d. 96* *quest. 14. num. 10.* Morl. *sup. num. 34. versic.* Quorum communior, qui eam communem errorem vocat, Nec pignoris datio translationem dominii

Varias Resolut. Lib. III. Cap. I. 13

domini utilis potest operari, cum ut illud subsistat necesse sit, quod alius sit dominus, ita ut si aliquo titulo dominium utile quereretur domino directi, statim jus pignoris extinguatur; nam in re propria persistere nequit, *l. Si rem 29. de pignor. action. l. Neque pignus 45. de reg. jur.*

Vers. Rursum ex his.

⁹⁷ Aliqui asserunt, speciali favore Ecclesiæ, ad quam directum dominium pertinebat, procedere decisionem dicti capituli *1. de feud.* ut refert Barbosa *ibid. n. 2.* quod refellunt cum D. Covarr. Trullench. *sup. num. 2.* Leotard. *d. q. 14. n. 19.* Molin. *ubi sup. n. 2.*

Vers. Eodem jure convincitur.

⁹⁸ Usufructarius si rem pignori dederit domino proprietatis, hunc fructus non teneri in sortem computare, fuit quorundam opinio, ut Trentacinq. *variar. lib. 3. tit. de pignor. resolut. 2. num. 11.* & aliorum, quos refert Barbosa *collect. d. cap. 1. num. 2. vers.* Amplia secundo, qui, D. Covarr. laudato, eam sententiam merito rejecit: accedit Merlin. *de pignor. lib. 5. q. 45. n. 32.*

Vers. Sic examinari poterit.

⁹⁹ Ampliant communiter Scribentes constitucionem dicti capituli *1. de feud.* ad emphyteutam, qui domino directo emphyteus pignori dedit. In qua opinione resident Molin. Trentacinq. Trullench *ubi proxime,* Valafc. *de jur. emphyteut. q. 38. n. 29.* & alii apud Leotard. *d. q. 14. n. 23.* à qua non esse recedendum, quia valde communis, asseverat Barbosa *sup. n. 2. vers.* Amplia primo, qui de jure contrarium tenet cum D. Covarr. hic. Idem defendant Merlin. *ubi proxime,* Roderic. *de ann. reddit. lib. 3. q. 7. num. 50.* Mantic. *de tacit. convent. lib. 11. tit. 8. num. 32.* Conrad. Chaffan. Vgolin. ac Philiarc. apud Leotardum, qui rectè probat; non enim eadem ratio reperitur in emphyteuta, ac in feudatario, cum ille non teneatur, sicut hic, obsequia domino exhibere, sed pensionem duntaxat, quam si non solverit, dominus creditor poterit retinere fructus usque ad quantitatem concurrentem, reliquos in sortem computans.

Ad num. 5.

¹⁰⁰ Fœnoris usum veritum, ac illicitum nullus Catholicus inficiabitur; nam qui aliud contumac asseruerit, reus hæresos habebitur. Clem. *unic. §. fin. de usur.* Leotard. *de usur. quest. 2. num. 39.* Trullench. *in Decalog. lib. 7. cap. 19. dubit. 2. num. 3.* Azeved. *in l. 1. n. 47. tit. 6. lib. 8. Recop.* D. Covarr. *infra. hoc cap. n. 6.*

¹⁰¹ Constat igitur usuram prohiberi jure divino, naturali & canonico, ut fuisse probant Leotard. *ex num. 25.* Molin. *sup. disput. 304. per tot.* Azeved. *num. 60. cum seqq.* Barbosa ex plurimis *in collect. cap. 1. num. 2. de usur.* Trullench. *num. 4.* Jul. Clar. *§. Usura, num. 3.* Petr. Greg. *Syntagma. lib. 22. cap. 3. à num. 6.* Cenc. *de censib. decis. 155. num. 6.* Morl. *sup. tit. de reb. credit. quest. 25. ex num. 11.* Theat. *vita hum. verb. Usura, Farin. decis. 306. num. 2.* Greg. Lop. *in l. 3. gloss. 2. tit. 1. p. 5.*

Dici posset, quod Deus, ut juris divini, & naturalis author dispensans, permisit Hebreis fœnoris usum in infideles, ad maius malum vitandum.

B 3 dum

Vers. Jure diuino veteris Testamenti.

Ad proximè laudatos, præsertim Molin. Barbo. Petr. Gregor. Leotard. & Azeved. Et quidem usuras utroque Testamento improbatas decidit lex *1. tit. 6. lib. 8. Recop.* ac sententia Azeved. *num. 71.* Cujac. *in cap. Ad nostram, de iurejur. Trullench. & Barbosa ubi proximè,* Molin. *num. 13. vers.* Et novo Testamento, Petr. Greg. *n. 10.* Cenc. *sup. q. 36. num. 3.* Nec sunt audiendi qui opinantur verba illa, *Mutuum date nihil inde sperantes,* Lucæ *cap. 6. consilium duntaxat importare;* & enim cum jure natura usura vetetur, potius referri debent ad præceptum, quād ad consilium, cuius omissione ad peccatum non imputatur. Mutuum igitur dare, consilii est; nihil ex eo sperare, præcepti. Barbosa *ubi proximè.*

Vers. Quod vero.

Jure Pontificio usuras damnari in dubium revocari non potest, quod observant Greg. Lop. *ubi proximè,* Faber. *in ration. ad l. Julianus §. Idem Papinianus de act. empli. Fachin. controvers. lib. 10. cap. 7. vers. Primum argumentum.* Leotard. latè ex ornans d. *quest. 2. num. 38. 39.* Petr. Greg. *num. 1. & alii recenti. sup. num. 101. & quos congeri Barbosa ubi supra.*

Ad Num. 6.

Quod ad Jus Civile Romanorum attinet, com¹⁰⁴ pertum est usuras non prorsus improbari, sed cum moderamine failli permittas. Questionis tamen est, an jure Authenticorum per Justinianum fuerint extirpatae? De quo Leotard. *de usur. q. 2. à num. 40.* Mart. *de jurisdict. part. 2. cap. 7. num. 4. 5.* Petr. Greg. *d. cap. 3. num. 17. cum seqq.* Molin. *sup. num. 16.* Fab. & Cenc. *ubi proximè,* præter alios, quorum memini *num. 101.* Usuræ quas intra certum modum Romani tolerarunt, vocabantur legitimæ, in quibus ingens fuit diversitas secundum negotiorum, & personarum differentiam, ut videre est apud Molin. ac Petr. Greg. *ubi sup. Leotard. q. 4. à num. 38.*

Jure regio Partitarum fœnoris usum interdictum scribit Greg. Lop. *in l. 3. gloss. 2. tit. 1. p. 5.* at Judæis permitti probatur *l. 22. tit. 12. partit. ead. l. 1. tit. 6. lib. 8. Recop.* quā penitus etiam Judæis facultas fœnerandi justissimè auferitur, prout in regnis pluribus, & provinciis similiter stabilitum habetur, ut referunt Petr. Greg. & Leotard.

Ad Num. 7.

Ex hoc sacro eloquio Deuteronom. *cap. 23. vi.* detur Hebreis facultas fœnerandi exteris infidelibus tributa, ibi: *Non fœneraberis fratri tuo, sed alieno.* De cajus interpretatione consulendi Molin. *de just. & jur. tract. 2. disput. 304. num. 18.* Azeved. *in l. 1. num. 69. tit. 6. lib. 8. Recop.* Villalob. *in Sum. part. 2. tract. 22. diffic. 2.* Leotard. *de usur. q. 98. num. 25.* Less. *de just. & jur. lib. 2. cap. 20. dub. 4.* Barbosa *in collect. cap. Poë miserabilem, de usur. Bonac. disp. 3. de contract. q. 3. punct. 2.* Petr. Greg. *sup. num. 22.*

Dici posset, quod Deus, ut juris divini, & naturalis author dispensans, permisit Hebreis fœnoris usum in infideles, ad maius malum vitandum.

14 Novæ Additiones ad D. Covarruvias

dum, ne scilicet per usuras fratrum fidelium substantiam usurparent ex effrenata illorum avaritia, ac fecerandi propensione; quemadmodum propter corumdem cordis durius liceit repudium, violata naturali indissolubilitate vinculi matrimonii, *Marth. cap. 19.* de quo Sanch. *de Marim. lib. 10. disp. 1. ex n. 4.* Petr. Greg. *n. 20.*

¹⁰⁸ Deinde cùm Deus sit omnium supremus, ac universalis Dominus, *Psalmo 23. Domini est terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & universi qui habitant in eo;* tale jus tribuere potuit Israhelites in infidelium bonis, ut per usuras illa liceat sibi quererent, sicut concessum est ipsis & terram promissionis, ejectis possessoribus occupare, *Genes. cap. 15. & Egyptios in exitu spoliare, Exod. cap. 12.* Utrum Judai fecerantes infidelibus tunc peccarent, deduces ex traditis per Sanchez *sup.*

Ibi: *Nam et si mibi liceat bellum.*

¹⁰⁹ Supponitur bellum justum geri, & queritur an liceat hostibus sub usuris mutuare? Inficiatur cum D. Covar. communis, quam sustinet Vgo-lin de usur. *lib. 10. §. 2. num. 1.* Villalob. *Aiar. comm. opin. lit. V. num. 107.* Felician. *de censib. lib. 1. cap. 5. n. 17.* Petr. Greg. *parit Iw. Canon. lib. 3. tit. 5. num. 5.* Oppositum tenet, ac pluribus probat Leotard. *d. q. 98. num. 16. cum seqq.* Petr. Greg. *sup. num. 22.* Pro conciliacione distinguuntur potest, ut si hostes usurpa retineant, liceat in compensationem usuras ab illis exigere, alia non: qua distinctione utitur aliud agens Barbosa collectan. *cap. Pof miserabilem. num. 2. de usur.*

Ad Num. 8.

¹¹⁰ Summus Pontifex nequit dispensare, ut foenus licitum habeatur, & absque peccato possit exerceri. Cenc. *de censib. decif. 155. num. 5.* Azeved. *in l. 1. num. 48. tit. 6. lib. 8. Recop. Farinac. decif. 7. num. 2. Sayr. in Clavi Regia. lib. 3. cap. 10. num. 8. Didac. Per. in rubric. tit. 2. gloss. 1. vers. Tertiò, lib. 8. Ordin. Mol. *de just. & fur. tract. 2. disp. 304. num. 19.* Non enim Pontificæ potestati facultas dispensandi contra jus divinum permittitur Molin. *ubi proximè, & observo Practicar. cap. 31. num. 15.* Obstante videtur (si verum habet) quod refert Greg. Lop. *in l. 22. gloss. 1. tit. 12. p. 5.* nempe in Hispania quondam ex concessione Pontificis fecundis usum Iudeis permisum fuisse (sed hoc quoq; forum externum dumtaxat sustineri posset,) ut prænotatur *sup. n. 105.* Vide Jul. Clar. *verb. Vjura. n. 7.**

Ibi: *Idem respondendum esse censeo.*

¹¹¹ Non valet statutum, aut consuetudo exercitum fecerandi licitum efficere. Azeved. *sup. n. 51.* Cenc. *c. decif. 155. n. 3.* Farinac. *decif. 306. num. 1.* Barbosa ex pluribus collect. *cap. Quia in omnibus. num. 7. de usur. Leotard. cum aliis tract. de usur. q. 79. a num. 3. ubi de statuto, & q. 99. num. 4. qui ait consuetudine feceratores à pecuniis excusari: arque num. 5. addit. quod ubi ambigitur, an contractus sit usurarius, ex consuetudine licitus haber poterit; sed si aperte usurari contineat, quæ jure divino prohibetur, nec lex, nec consuetudo illi derogare valebit, cap. ult. de consuet. ubi Barbosa collect. n. 9.*

Ibi: *Posse Romani Pontificis privilegio.*

Hæc propositio sustinenda non est ex præmissis ¹¹² *sup. num. 110.* Nam Iudeis sicut Christianis usus fecerandi vetatur, ut caveretur l. 1. tit. 6. lib. 8. Recop. ubi Azeved. *n. 66.* Leotard. *q. 100. n. 32.* Greg. Lop. *in l. 22. gloss. 1. tit. 12. p. 5.* Petr. Greg. *Syntagm. lib. 22. cap. 3. num. 23.* Molin. & Jul. Clar. *ubi proximè, Barbosa cum aliis collect. cap. Pof miserabilem. num. 2. de usur.* Ipsi vero Hebrei falsò opinantur, sibi licere in nos usuras exercere, juxta illa Deuteronomii *cap. 23.* verba, *Non feneraberis fratri tuo, sed alieno,* ut advertit Leotardus; nam illa legalis permisso jam expravit, sicut & cetera judicialia per legem Gratiae abrogata notatur, de quo *sup. lib. 1. cap. 17. n. 8.*

Unde non licet Principibus permittere, ut Ju-dæi foenus exerciseant, Molin. Azeved. & Jul. Clar. *ubi sup. eos tamen à peccato excusat Molina, si aliquando in eventu raro, ob magis malum, ac scandalum usurarios non coercent, & tolerant: imo Ecclesia Hebreos feceratores, eti foris sint, plectere potest, ac debet. Clar. ibidem, Petr. Greg. *sup. lib. 42. cap. 8. n. 15.**

Ad Num. 9.

Est præmittendum, usuram nedum in contractibus, sed etiam in ultimis voluntatibus intervenire posse, nec sustineri defunctorum dispositiones, quibus ad fecerandum occasio praebatur, cum nemo possit facere, quin leges, maxime naturalis, locum habeant in suo testamento, l. nemo 58. de legat. 1. notant Leotard. *de usur. q. 18. num. 1.* Azeved. *in l. 1. num. 53. tit. 6. lib. 8. Recop. Roderic. de ann. reddit. lib. 3. quest. 7. in fin. Joan. Grivell. decif. 149. num. 4. Cald. de empt. & vend. q. 29. num. 32.* Avendau. *de cœquend. mandat. part. 2. cap. 29. n. 9.*

De intellectu legis 3. §. ult. de ann. legat. ac ¹¹³ *de legatorum usuris, novissimè Avendau. de censib. cap. 3. a num. 6. ac plenè Leotard. d. q. 18. per tot. ubi decem distinxit casus, quos præmissis aliquibus difficultate carentibus expendamus. Sed antea constitui debet cum D. Covar. regula universalis, ac communis, aut enim legatarius exigere valet quantitatem legatum, & tunc non teneri iussus testatoris de præstando anno redditu donec illa persolvatur, quia mutuum tacitum, & usura latet: aut agere impeditur adversus hæredem pro sorte relicta, & talis disposicio observabitur, excusa usurarum labi. Ita Fachin. *controvers. lib. 6. cap. 72.* Sim. de Prætis de interp. ult. volunt. lib. 2. interp. 2. dub. 2. n. 133. Roderic. *sup. q. 6. num. 8.* Peregrin. *de Fideicom. art. 11. num. 28.* Felician. *de censib. lib. 2. cap. 5. num. 1.* Cenc. *ed. tract. q. 44. num. 10.* ubi plures Leotard. *d. quest. 18. num. 7. 8. Avend. de censib. cap. 3. num. 8. 9. Cancer. *variar. part. 2. cap. 7. n. 36. cum seqq. Joan. Paul. Meli. de alim. cap. 48. n. 11. & 12.***

Hinc in primis ille casus venit decidendus, qui est tertius apud Leotardum, cum scilicet testator legat mille purè, jobens ut donec persolvatur quantitas, heres in singulos annos pro centenis sex legatario pendat: quæ species proponitur ab Ulpiano *in d. §. fin.* Et licet eo jure dispositio sustineretur intra legitimum modum, nam sic usuræ permittebantur; hodie tamen cum nullæ sint

Varias Resolut. Lib. III. Cap. I. 15

sint licite, legatarius nihil ultra sortem ex dilatatione solutionis poterit percipere, quia agens relicta quantitatem extorquere in judicio non prohibetur. Ita post D. Covar. *hic, Peregrin. sup. num. 78.* Caldas d. *cap. 29. num. 33.* Roderic. *num. 16.* Meli. *sup. num. 11.* ubi plures, Cancer. *ubi proximè, Leotard. num. 7. cum seqq.* ubi hanc sententiam contra adverfariorum tuerit, quam limitat *num. 14.* si legatarius ex mora hæredis incommodum senserit lucri cessantis, vel damni emergentis, quod etiam docet D. Covar. *vers. Quid si legatarius.* Accedit Fachin. *s. p. vers. Possumus cum legatarius.* Plot. *de in lit. jurand. §. 11. n. 18. 29.* Quod accipe usque ad concurrentem quantitatem.

¹¹⁷ Quartum adjungit casum Leotardus, si quis legat quingenta ad tempus præstanda eo gravamine, ut pecunia non solatâ, ex die præmita heres quadraginta annuas exhibeat legatario pecuniam nomine. Et quanvis non levis sit controversia, idem ac in præcedenti questione propter rationis paritatem resolvit D. Covar. *in præfensi*, cui accedunt Leotard. *cum aliis num. 17.* Cald. *num. 32.* Quia resolutio ut præcedens limitatur quoad intercessus lucri cessantis, aut damni emergentis.

¹¹⁸ Quintus expeditus à Leotardo casus de legato alternativo certe quantitatis semel solvenda, aut annua pensionis, quod procul dubio subsisteret, cum legatarius agere nequeat præcisè ad sortem. D. Covar. *inf. vers. Eadem projecto ratione, Leotard. cum pluribus num. 18.* Meli. *n. 13.* Cancer. *sup. num. 38.* Avendau. *de censib. cap. 3. a n. 6.*

¹¹⁹ Sextus subjungitur, quando parens pro legitima mille relinquent gravat hæredem, ut dum non solverit, annuam præster filio quantitatem: quæ dispositio non sustinebitur, cum hic valeat summa principalem statim exigere, nisi aut in hæreditate paterna res fugientia existant; nam loco fructuum, qui illi ex legitima debentur, jure redditum percipiet: aut si ex dilatatione solutionis damnum filius patiatur; nam quantum sua interficit, poterit in pensionibus annuis capere. Leotard. *n. 19. 20.* Merlin. *de legitiim. decif. 29. n. 3.*

¹²⁰ Occurrit septimus, quies testator jubet dari Titio mille post biennium, & quod interim octoginta, vel centum pro singulis annis legatario solvantur: hic nullum usuræ periculum adest, cum Titius ante tempus agere non valeat, nec testator prohibeat legare centum pro unoquoque anno, & postea mille, transacto biennio. Leotard. *d. q. 18. ex num. 23.* Cald. *de empt. cap. 29. num. 6.* Sesse decif. 68. num. 46. Roderic. *de ann. redditib. lib. 3. q. 6. num. 27.* Felician. *sup. lib. 2. cap. 5. num. 6.* Surd. *de alim. tit. 8. o. 29. num. 6.* Meli. *cum multis num. 12.* Sed si ultra biennum exactio differatur, legatario non licebit assignata excipere pensionem, nisi ratione justi interesse. Farinac. *decif. 447. part. 1.*

¹²¹ Subsequitur octavus, si testator certam legaverit quantitatem ad tempus quo hæres voluerit, cum onere ut interim redditum legatario in annos singulos tribuat, defuncti voluntas observabitur absque usuræ labi, quia legatarius petere summan relictam non valebat. Felician. *sup. num. 3.* Leotard. *num. 23.* Grivell. *d. decif. 149. num. 10.* Cald. *ubi proximè, Roderic. num. 6.* Menchac. *de success. creat. lib. 1. §. 9. num. 24.* consentit D. Covar. *vers. Eadem projecto.*

¹²² Nonus constitutus, ubi relinquuntur certa quantitas in bonis hæreditariis tradenda, ita ut

dum non traditur, annua pensio solvatur, quæ licet percipitur loco fructuum, quos res legata ferrent. Leotard, cum aliis *num. 32. 33.* ubi limitat si pensio respectu fructuum sit excessiva, que restriktio dubia redditus ex eo, quod legatum istud, eti quantitatem sonet, verè non legatur pecunia, sed bona, in quibus mutuum consistere nequit, & consequenter nec usura, ex dictis *sup. num. 25.* quod ipse Leotardus agnosces inquit, *Salem pensio injuncta est.* Verum nec injunctiani reperiri arbitror; nam testator pro libito de bonis suis disponens, potest gravare hæredem, ut alii tribuant quicquid ipse julferit; unde eti res prorsus forent steriles, in quibus quantitas legata solvi deberet, posset velut in pecuniam constringere hæredem, in traditione mora commissâ, ut annuam sumnum legatario præstaret, quam ex voluntate defuncti pro parentia rerum hæreditarium, quibus potuit hæres, absque usura, & iniustitia vitio legatarius acciperet.

Decimus, & ultimus adjicitur casus, quoties ¹²³ legatur certa quantitas, ut per hæredem utiliter expensa in empione census, fundi, vel alterius rei frugiferæ, fructus legatarius lucretur, eâ clausulâ, ut donec res comparentur, hæres annuatim pendat ad rationem quinque, vel sex pro centenisi, quod nullo jure illicitum consebitur. Gratian. *discept. cap. 400. n. 38.* Pacific. *de Salvian. inspe. 5. cap. 4. n. 387.* Leotard. *d. q. 18. n. 34.* Scaccia. *de commerc. §. 7. glo. 2. num. 55.* Merlin. *de legit. decif. 29. num. 1.* Meli. *sup. n. 16.*

Vers. *Quid si legatarius.*

Decemur hæc quod sèpè repetitum relinquuntur, ¹²⁴ nam quoties legatarius ob moram hæredis sustinet detrimentum damni emergentis, aut lucri cessantis, indistinctè poterit annuam quantitatem à testatore assignatam, quatenus correspondet justo interessu, percipere: nec refert an possit exigere, necne legatam pecuniam legatarius, de quo *sup. num. 116. 117. & 119.*

Vers. *Sed ubi legatarius.*

En pars posterior distinctionis traditæ *sup. 125 num. 115.* & exempla habes *num. 118. 120. 121.* Cum legatario liceat percipere redditum annuum ex voluntate testatoris, quoties nequit relictam quantitatem in judicio exigere, in dubium potest revocari, an idem juris sit si legatarius omnem adhibuerit sollicititudinem, sua actione deducere, nec jus suum consequi potuerit ob judicis iniuritatem, adversarii potentiam, aliamve rationem? Videtur affirmativè respondendum, cum hoc casu cesseat, sicut in illo, suspicior usurarum ex mutuo tacito; quandoquidem legatarius non ultrò penes hæredem pecuniam legatum relinquens, in quo usuraria pravitas consistit, & latet, ut notat Leotard. *num. 24.* cui suffragatur resolutio communis de vidua exigente, quæ extat *sup. num. 64.*

Vers. *Eadem projecto ratione.*

Hæc species proponitur à Consulto in l. 3. ¹²⁶ §. ult. de ann. legat. ut ibi observavit Cujacius, de qua supra actum, *n. 121.*

Ex prænotatis definiri potest, quid si fœminæ duo millia testamento quis reliquerit pro dore, ut Religionem